

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lyra. Auditus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A
C A N C E R.
ORTUS HOMINIS, VEL VITA.
C A P. VII.

Cancer, ex eorumdem Platonicorum sententia, ortum hominis vitamq; notat, volunt enim animas per Cancerij januā in humana corpora demitti, & ut Capricornum Deorum, sic Cancerum hominum portam vocant, quod per eam egredientes animæ humanam in naturam transeant.



*Cancer
porta ho-
minum.*

*Non ab fū-
milo Pie-
rius lib. 19.
ibi, Alia
egitatio:
divini e-
nim noti-
tia numi-
nis aquila
Hierogly-
phicum Is-
anni Eu-
angelista
dedit.*

B
A Q U I L A.
DIVINI NUMINIS PRÆSENTIA.
C A P. VIII.

Aquila præter ea, qua de illa scripsit Pierius, in Sacris literis divini numinis præsentiam vel efflu-
xum quendam significat, quo ad maiorem superioremq; rerum divinarum cognitionem duci-
mur, ut Cabalistæ tradunt unde Moses dicit, *Sicut Aquila provocans filios suos ad volandum, & super
eis volutans expandit alas suas, assumpsit eum, arg portavisse humeris suis. Deuter. 32.*

C
C R A T E R C O E L E S T I S.
O B L I V I O. C A P. IX.

Crater ille sidereus, qui ab Astronomis inter Leonem & Cancerum collocatur, oblivionem signi-
ficit, quoniam ex Platonicorum sententia animæ cum in humana corpora demittuntur, de cee-
lo per Cancerij januam descendentes, per Capricornum rufuscopore soluta in celum ascendentes, <sup>De Cre-
atore Pla-</sup>tonicorum
cum descendunt ex cratero illo, quem Bacchi poculum vocant, oblivionem bibunt: & sic cœlestium ^{tonicorum} sententia,
rerum obliuiscuntur, sed non omnes æque, verum alia magis, prout magis minusve ex eo poculo
haudere. Ex quo patet, poculum illud, oblivionis poculum esse, ejusque imagine oblivionem signi-
ficari.

D
L Y R A.

A U D I T U S. C A P. X.

Lyra duo habens foramina incurva, aures & auditum significat, quoniam ut in Lyra sidibus illis &
nervis tactis aer proximus commodus ad duo illa foramina inflectitur, & eandem in Lyrae ^{Rationem}
convexus, ubi quoq; aer inclusus est, reflectens sonitum editissimæ vox aerem extra aures nostras ^{auditus}
commovens in aurium foramina impellit, qui in pelliculam quandam instar tympani tensam, appul- ^{Pierius ab}
Empedocle-
sus, aerem qui intus est, naturalem moveat: his autem commotus nervos quosdam excitat, in quibus ^{doret. lib. 7}
auditus. Propter hanc ergo similitudinem Lyra auris & auditus hieroglyphicum est.

A R C U S.